

unum bigoncium de uino et unum de aqua, et unum saccum de pane super dicta cooperta.

St. Zen, XLVIII, LVIII e LVIII.

[32]. *De mercibus que fuerint extracte per pilum.*

Decernimus quod si merces aliquae extracte fuerint de tarreta per pilum, patronus ipsius tarrete emendare teneatur ut in statuto nauium continetur.

St. Zen, LIII.

[33]. *De cassellis.*

Volumus quod quilibet mercator et marinarius in tarreta unam capsellam habere possit ut in statuto nauium continetur.

St. Zen, LV.

[34]. *De mataraciis.*

Dicimus quod quilibet naulizatus et marinarius portare possit in tarreta unum mataracium ut in statuto nauium continetur.

St. Zen, LVI.

[35]. *De uino, aqua, farina et biscoto portandis in tarretis.*

Asserimus quod illi qui uadunt in tarre||tis ultra ^{c. 256*} mare et ad omnes alias partes, portare debeant pro quolibet uinum et aquam et farinam et biscotum in tarretis ut in statuto nauium continetur.

St. Zen, LVIII, LVIII.

[36]. *Si plus fuerit positum in tarretis pena dupli tollatur.*

Imponimus quod si aliquis plus posuerit in tarreta quam ponere debuerit, de illo plus in tarreta posito duplum carius nauli in tarreta naulizati patrono tarrete soluere teneatur.

St. Zen, LX.